Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2285

Quelle:
Copyright:

censis episcopus (✠ 1169. prius Monachus Morimund. O. Cist.) *Vlricus de Kyrksteten. Vlricus de Cranechberg. Ratolt de Michilsteten. Erminfridus de Ebental. Margareta de hebingen. Adelheidis de trussen. Egelbertus sacerdos Cunderamesdorf. Mehtildis de merswanch. Alricus de Lengenbach. Perhta de chelberbrun. Chunradus et Hainricus priores de Zwetel. Alrinus abbas de cikedor*, quae Ordinis Cist. Abbatia fuit in *Hungaria* et Dioec. *Quinqueecclesiensi*. Adscripta item est *Dedicatio altaris sanctæ Crucis. Item dedicatio altaris sancti Mauricij M.*

DCV.

740 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 203. 8. per duas columnas minute exaratus, rubricisque distinctus Tractatum *de Virtutibus* continet absque nomine Autoris, qui est *Guil. Peraldus, de Peyrauta, Petra alta*, sive *Perault Allobrox* O. P. mortuus a. 1250. et recensitus in *Scriptt. Ord.* T. I. p. 131. a nobis vero saepius memoratus, et quidem, quod ad praesens Opus adtinet, *Codd.* seq. et aliis. In *Cod.* praesenti praeit Conspectus inscriptus: *Incipiunt capitula tractatus uirtutum*, et incipiens: *Presens opus habet quinque partes principales. prima est de uirtute in communi. Secunda de tribus uirtutibus theologicis. Tercia de IIIIor uirtutibus cardinalibus. Quarta de donis. Quinta de beatitudinibus* &c. Deinceps Argumenta Capitum indicantur. Inscriptio et initium Prologi: *Incipit tractatus moralis de uirtutibus. Cum circa utilia studere debeamus exemplo Salomonis dicentis: Cogitaui in corde meo* &c. Atque hic mox Autor vitae genus prodit: *Ideo ego minimus de ordine fratrum predicatorum desideraui colligere* &c. Opus inchoat: *Si separaueris pretiosum a uili* &c. Extrema operis: *qui incepit et compleuit. Amen.*

Dextera scriptoris benedicta sit omnibus horis.

Quibus accedunt *Folia* 4. chartacea *Quotationes Tractatus Virtutum* continentia scriptas *anno domini* 1385. Editiones utriusque *Summae Peraldi*, *Virtutum* videlicet et *Vitiorum* vide in *Maittairii Annalib. Typogr.* meoque eorum *Supplemento.*

DCVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 221 XV. Folior. 277. f. per duas columnas exaratus, olimque, ut theca anterior fidem facit, a Magistro *Paulo de Mellico in theologia et artibus lib. Professore, decano ac canonico eccleſie b. ſte-*